Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38224
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



5

principium sapien
tiae possidesa
pientiam: & in
omni possessio
ne tua adquire
prudentiam;
Arripe illam & ex
altabit te: glorifi
cabit te cum
eam fueris ample
xatus; dabit
capiti tuo augmen
ta gratiarum:
& corona inclu
ta protegit te.
Audi fili mi & suscipe
ue verba mea: ut
multiplicentur ti
bi anni uitae; uiam
Viam sapientiae mon
straui tibi: duxi
te per semitas aequi
tatis: quas cum
ingressus fueris
non arctabuntur
gressus tui:
& currens non habe
bis offendiculum;
Tene disciplinam: ne di
mittas eam: custodi
illam: quia ipsa est uita
tua. Ne delecte
ris semitis impiorum:
nec tibi placeat ma
lorum uia:
Fuge ab ea: ne transeas
per illam: declina: & de
clina: Non enim
dormiunt nisi male
fecerint: & rapitur
somnus abeis nisi sub
plantauerint: come
dunt panem impietA
tis: & uinum iniqui
tatis bibunt:
Iustorum autem semita qua
si lux splendens procedit:
& crescit usque ad perfec
tam diem: uiae impiorum
tenebrosae nesciunt
ubi corruant:
Filii mi auscultate monis
meis: